Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



SIS

ipe non mansit nocte illa in castris
Cumque mature surrexisset tulit
duas uxores suas et totidem famu
las cum xi filios et transiuit uadum
iacob iabboc Traditis que omnibus
que ad se pertinebant remansit sol
et ecce uir luctabatur cum eo usque
mane Qui cum uideret quod eum
superare non posset tetigit nerium
femoris eius et statim emarcuit et
dixit uiro qui luctabatur ad iacob
Dimitte me Jam enim ascendit au
rora Respondit iacob Non dimit
tam te nisi benedixeris mihi Ait eis
Quod nomen est tibi Respondit
iacob At ille Sequaciu inquit ap
pellabitur nomen tuum iacob et
israel quoniam si contra deum fortis
fuisti quanto magis contra homines
prevalebis Interrogauit eum ia
cob Dic mihi quo appellaris nomi
Respondit Cur quis nomen meum
quod est mirabile Et benedixit ei
in eodem loco Vocauit que iacob no
men loci illius phanuel dicens
Vidi dominum facie ad faciem et
salua facta est anima mea Ortus
que est ei statim sol postquam tran
gressus est phanuel Ipse uero claudi
cabat pede Quam ob causam
non comedunt filii israel nerium quod
emarcuit in femore iacob usque in
presentem diem Eo quod tetigerit do
minus nerium femoris eius et ob

LEuans autem oculos suos uidit
uenientem esau et
cum eo cccc uiros diuisitque filios
lye ac rachel ambarum que famu
larum et posuit utramque ancillam
et liberos earum in principio lyam
uero et filios eius in secundo loco
rachel autem et ioseph nouissimos et
ipse prosediens adorauit pro
in terra septies donec approxima
ret frater eius Currens itaque e
sau obuiam fratri suo amplexatus
est eum stringens que collum eius
et osculans eum flexit Leuatis
que oculis uidit mulieres et pueros
earum et ait Quid sibi uolunt isti
Et si ad te pertinent Respondit
Pueri sunt quos donauit deus
mihi deus seruo tuo Et appropi
quauerunt ancille et filii earum in
curuati sunt Accessit quoque lya
cum liberis suis et cum similiter
adorassent extremi ioseph et ra
chel adorauerunt Et ait esau Que
nam sunt iste turme quos obuia
habui Respondit Vt inuenerem
gratiam coram domino meo misi ad
te eas Et ille Ego inquit plurima
frater mi sint tua tibi Dixit ia
cob Noli ita obsecro Sed si inuenio
gratiam in oculis tuis accipe mu
nuscula mea de manibus meis Sic
enim uidi faciem tuam quasi in
derim uultum dei Esto mihi pro
pitius et suscipe benedictionem quam
attuli tibi et quam donauit mihi deus
tribuens mihi omnia Vix fratre
compellente suscipiens ait Gra
diamur simul ero que socius itineris
tui Dixitque iacob Scis domine
mi quod pueros habeam teneros
et oues ac boues fetas mecum
quas si plus in ambulando fece
ro laborare morientur cunctis gre
ges una die Precedat

24